

tum ditorum institutorum eidem Testatori remotiores, ut tacite etiam videatur substituisse reciprocè eisdem nepotes primò institutos, ut bene in puncto explicat Peregr. conf. 420. n. 10. Rota decis. 649. n. 12. p. 4. tom. 3. recent.

23 Descendentia autem à Testatore DD. Francisci, & Vincentii de Francioli appareret ex depositionibus testium, \* tam in quodam processu antiquo, quàm in alio moderno concludentibus Jo. Baptist. Testatorem genuisse Lucium filium, & ex eo habuisse Amicum, Hectorem, Barthol. & Petr. Ant. ex isto ortum habuisse Jo. Bapt. à quo Joan. Bapt. natos fuisse Franciscum, & Vinc. actores eorum sum. n. 2. ex quibus per gradus distinctos videtur probata descendencia, Paris. conf. 51. n. 6. & seq. lib. 2. Mench. conf. 321. n. 14. & 15. Cyriac. contror. 281. n. 1. Rot. dec. 15. n. 29. & seq. p. 7. recent. & in d. Florentina, seu Bonon. de Barbadoris 25. Junii 1640. §. non quidem coram R. P. D. Coccino.

24 Quorum depositionibus opponi non potest, quod testes novi processus juraverint \* die 1. Febr. post terminum 5. dierum datum 15. Januarii sum. Simonette n. 2. 3. & 4. atque adeò nihil probare, Rot. dec. 75. n. 1. p. 4. divers. S. M. Greg. XV. dec. 429. n. 5. cum aliis congestis per Post. de manuten. observ. 84. n. 24. Nam iudex parte præsente die 19. Janu. mandavit testes jurare, & examinati durante termino probant d. sum. n. 3. Quem terminum die 19. ejusdem prorogavit admittendo protestationem illorum de Franciolinis sum. Simonette n. 5. Unde ex tali prorogatione testes in termino jurasse censentur, & adhuc legitime examinati, cum terminus, \* & actus prorogationis idem sit ex traditis per Guttier. de juram. confirmat. p. 1. c. 49. à n. 1. & in omni eventu cum re integra examinari essent, & jus adversarii non fuisset deterius effectum, etiam elapso termino recipi, & examinari possent Crot. tract. de testib. p. 7. n. 63. Scac. de appell. lib. 2. c. 3. q. 9. n. 187. vers. sub declara. & n. 189.

25 Uterius probatur ex sententia D. Gubernatoris Aëni lata ann. 1594. sum. de Franciolinis n. 4. quæ cum emanaverit in causa status, facit jus quoad omnes, \* etiam in alio iudicio, quod & in testibus procedi, l. ingenuum. ff. de stat. hom. Fular. de subst. qu. 618. nu. 44. Rota coram Cavalier. dec. 575. n. 8. Comitol. dec. 102. n. 1. & seq. in Bononien. fideic. de Pancald. 10. Jun. 1642. §. quæ objiciebantur coram R. P. D. meo Cerro, & in Britorien. fideic. 24. Martii 1642. §. delata causa post med. coram R. P. D. meo Bichio in Rom. census 1. Maii 1641. in princ. coram R. Terracinen. & in Auximana sepultura de Cimis 28. Maii 1646. §. minus obstat coram bo. mem. Arguelles. Quod maxime locum habet, cum non agatur de probanda descendencia, in concursu conjunctorum, & proximorum, sed tantùm ad effectum

27 successione, \* ad quod leviores probationes suffiunt, Rot. dec. 287. n. 29. p. 6. rec. d. Bonon. de Pancaldis coram R. P. D. meo Cerro, & in alia de Pancaldis 27. Jan. 1649. in princ. coram R. P. D. meo Peutingero. & præcipuè cum de filiatione, \* non principaliter, sed incidenter tractetur, Gemin. conf. 27. per tot. Rota in Mutinen. Beneficii 27. Martii 1648. §. quod autem vers. præcipuè coram bo. me.

28 Arguelles, ac etiam in iudicio \* possessorio versetur, ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. ut pluribus relatis, tam D. D. quàm Rotæ decisionibus, sequitur Noger. alleg. 25. n. 91. cum seq.

30 Non obstat, quòd dicatur non fuisse probatam qualitatem legitimitatis in D. D. Vincentio, ac Francisco, & consequenter ascendentibus, \* cum Testator vocaverit natos ex legitimo matrimonio, Rol. conf. 1. n. 43. lib. 1. conf. 32. n. 18. lib. 2. Grat. dif.

cept. 491. n. 15. Cyriac. contror. 281. n. 15. cum seq. Rot. dec. 15. n. 30. p. 7. rec. Nam quoad ascendentes hæc qualitas satis probata, sicut & descendencia ex testibus, & sententia D. Gubernatoris, quæ cum lata fuerit ad effectum successione, etiam legitimitatem probat, nam admissio ad successione solis legitimis competentem probat legitimitatem, Menoch. d. præsumpt. 54. n. 38. lib. 6. & conf. 490. n. 13. & 14. Rot. dec. 123. n. 4. coram Caval. & dec. 474. n. 7. p. 1. & dec. 511. n. 5. p. 5. tom. 2. rec. Et in dubio \* quis

31 que magis legitimus, quàm illegitimus censetur, Bursatt. conf. 18. n. 10. Barbos. vot. dec. jur. lib. 3. vot. 114. n. 25. Fular. de subst. qu. 409. n. 106. Rot. dec. 201. n. 43. p. 5. rec. in Rom. fideic. 5. Junii 1648. §. de filiat. coram bo. me. Arguelles, ad quod leviores \* probationes sufficiunt, Nogeroll. alleg. 24. n. 172. cum seq. & 189. Rot. decis. 164. n. 1. coram Merlin. in Fanen. seu Fenegallien. bonor. 26. Junii 1648. in fin. coram R. P. D. meo Melio, præterquam quoad antiquas personas non requiritur talis probatio \* nisi dato fumo de contrario, ut respondet

34 Grat. decis. March. 89. n. 19. Quo verò ad personas Vincentii, & Francisci legitimitas expressè probatur, ex quo non controvertitur matrimonium Jo. Bapt. eorum Patris cum Adriana Peregrina; & insuper constat ex testibus

35 novi processus sum. n. 2. deponentibus etiam eos, uti filios Jo. Bapt. pronepotis Testatoris ab eo semper tractatos, ac alitos fuisse, ac de præsenti communiter tractari, & reputari, & de omnibus esse publicam vocem, & famam Glos. in c. lator in verbo probari extra qui filii sint leg. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 16. n. 25. Rot. in alleg. Rom. fideic. d. §. de filiat. coram bo. me. Arguelles, Quibus accedit, quòd idem Simonetta in positione cum juramento ab eodem data sum. additionali de Franciolinis n. 1, fassus fuit Vincent. & Franciscum filios esse Jo. Bapt. quæ confessio \* probat ex allegatis

36 per Michalor. de post. c. 2. n. 15. c. 4. n. 14. c. 6. n. 8. c. 7. nu. 2. c. 25. n. 1. Rota dec. 907. n. 3. & 5. coram Pen. & dec. 408. n. 1. coram S. M. Greg. XV. Obitus verò aliorum descendentium à Testatore probatur ex dictis testibus, & multiplici fide

37 Parochorum, sum. n. 2. \* quæ fides plenè probat, Rot. coram S. M. Greg. XV. dec. 78. n. 2. & ibi Add. in fin. dec. 670. n. 2. p. 3. recent. & coram Penia dec. 1446. n. 2. in Rom. fideic. de Michornis 3. Julii 1650. §. illius autem purificatio coram R. D. meo Decano, & de testibus \* dicit Rota in Ravennaten. bonorum

38 1. Febr. 1647, in princ. coram Eminentiiss. meo Corrado, & in Biunina fideic. 20. Mart. 1651, coram R. P. D. meo Albergatto, §. illius verò.

Identitas autem molendini, & quòd fuerit in hæreditate Jo. Baptistæ fideicomm. probatur ex testibus processus antiqui, sum. d. n. 5. & ex prædicta sententia, \* quæ cum emanaverit in causa

39 status bonorum fideicomm. & in specie hujus molendini probant quoad omnes personas etiam diversas, Rot. dec. 535. n. 3. coram Ludov. & in d. Rom. census. 1. Martii 1641, coram R. Terracinen. & in d. Bononien. fideic. de Pancaldis 15. Febr. 1647, coram R. P. D. meo Peutingero, §. quoad identitatem, & in Bononien. fideic. 24. Martii 1642, §. super in fin. coram R. P. D. meo Bichio, eoque magis, quia testes examinati fuerunt in illo processu antiquo, citato Paulo Simonetta Patre, & auctore Gabriellis, quapropter adversus illius successorem plenè probant Rota d. dec. 535. n. 1. & seq. coram Ludov. accedente præterea antiquitate examinis, & quòd deponent de possessione Testatoris de anno 1557, ac propterea dicantur sufficienter probare, Menoch. conf. 402. n. 28, & 34. Ruin. conf. 28, n. 15,

n. 15, & seqq. lib. 4. Rot. dec. 88. n. 16, & 17. p. 6. recent. præsertim cum per dd. probationes fuerit obtentum tot creditoribus contradicentibus, Fular. de subst. q. 618; n. 44. Rot. dec. 360. n. 9. part. 5. rec. In antiquis autem etiam probationes imperfectæ + & testes quomodocunque deponentes, & fides extrajudicialis cõnjunguntur, Menoch. d. conf. 402. n. 28, & 34, & de Testibus de auditu Rot. in Bononien. fid. de Naventoriis 20 Jun. 1650. §. alterum Jun. coram R. P. D. meo Peutingero. Con

40 jecturæ etiam + & præsumptiones debent admitti, Rot. dec. 309. n. 10 p. 5. rec. & in Perusina bonorum 30 Mart. 1650, §. exceptionis autem, R. P. D. meo Cerro, & in Firmana fid. 4 Maii 1648, §. Quinimo in fin. coram E. Othobono, præsumptiones autem, 41 & conjecturæ + resultant ex testibus etiam inter alios examinatis, Rot. coram Buratt. dec. 488. n. 3. & ex sententia, Rot. dec. 266. n. 2. p. 2. rec.

42 Ad quas tanquam in re clara non fuit opus recurrere, cum Julius, & alii filii Amici de Franciolinis occasione dicti concursus creditorum in libello, & articulis pro eorum parte datis judicialiter facti sunt hujus molendini identitatem, + ut in sum. n. 8. cum libellans fateatur, & sibi præjudicet, ex Michal. depositione c. 4. n. 17. quàm quidem confessione cum dicta Simonetta causam habeat + ab illis utique impugnari non potest. Rot. in Perusina reintegrationis 16. Mart. 1648. §. identitas verò coram R. P. D. meo Rojas, ac præcipuè cum per eodem fid. super hoc molendino + canonizari obtinissent, ex quo plena probatio elicuit. Peregr. de fid. art. 44. n. 5. & seqq. Rot. in Bonon. fid. de Amorinis, 16 Martii 1648, coram R. P. D. meo Melio §. bona autem vers. accedit, & in Rom. fid. 3. Mart. 1651. in princ. coram E. Othobono.

43 Possessio autem Gabriellis Simonette de tempore motæ litis non controvertitur, & constat + ex litis sustentatione, Pacific. de Salvia. inspect. 1. c. 6. n. 7. Rot. coram Caputaq. decis. 396. p. 2. Duran. dec. 401. n. 10. Romana census 14 Decembr. 1648. §. possessio coram bon. mem. Arguelles.

44 Dotis tamen solutioni Dominis visum fuit non obstat fideicommissum, quia cum molendinum, de quo agitur, subhastatum fuerit pro solvenda dote Camillæ pronepotis Testatoris fideicommissentis, non debet obitare ejus solutioni juxta dec. Auth. res quæ, C. com. de legat. Rot. in Anconitana dotis 9. Dec. 1643, coram meo Cerro, quamvis ex adverso opponatur subsidiarium esse remed. d. Auth. quo uti non potest, nisi casu quo bona libera deficiant, attamen cum non agatur de dote constituenda, sed de jam constituta, + & solutione jam facta, ac subhastatione effectum sortita illi de

47 Franciolinis qui illam retractare intendunt bona libera extare concludenter probare debent, ut optime distinguit Rot. in Rom. census 16 Junii 1647, & 1. Julii 1648, coram R. P. D. Bichio, & in Rom. Casalis Aguzzani 27 Junii 1640, & in Avenionen. hæreditatis 17 Mart. 1649, coram R. P. D. meo Rojas, & in Interamn. fid. 16 Mart. 1647, coram R. P. D. meo Melio.

48 Nec valet replicatio, qua dicitur apparere de anno 1594. extitisse alia bona libera, ut ostenditur in sententia graduatoria, nam ex ista sententia potius videtur, vel illa bona per æs alienum abforberi, vel aded esse intricata, & litibus involuta, + ut non excluderent dictum remedium d. Auth. res, quæ, ut sæpius respondit Mantie. coram Mantie. dec. 152. n. 5. Cavalier. dec. 245. n. 1. Duran. dec. 145. n. 47. & dec. 233. n. 6. p. 2. & dec. 167. n. 51. & seq. p. 5. rec. & in dict. Rom. Casalis Aguzzani 27 Junii & 10 Dec. 1640, coram R. P. D. meo Rojas, & Bonon. fid. de Malvetiis. 20 Mart. 1642, & 11. Mart.

1643, coram R. P. D. meo Peutingero, & in d. Interamn. fid. coram R. P. D. meo Melio in fin. & in Avenion. pecuniaria, 10 Decembr. 1646, coram R. P. D. meo Verospio, & in Rom. dotis 23 Junii 1645, coram E. Othobono.

Ultra quòd subhastatio facta fuit anno sequenti post sententiam, atque ideo probatio temporis antecedentis non percutit tempus alienationis, ex quo etiam excluditur probatio Instrumenti stipulati de anno 1593. in quo Flaminius Franciolinus narrando se debitorem reperiri Pauli Simonette in scut. 400, pro residuo dotis, & in alia summa pecuniarum cessit Paulo quædam bona, intra decennium promisit solvere dicta scut. 400 ad hoc enim, ut remedium Auth. res, quæ excludatur, probatio debet percutere tempus alienationis Rot. in rec. dec. 210, n. 7. p. 6. rec. & in d. Rom. Casalis Aguzzani & alius superius relatis. Et ita &c.

DECISIO LXXXI.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Victoriis.

Lunæ 13. Januarii 1653.

SUMMARIUM.

- 1 Decisiones in eadem causa emanate supponuntur. Per heredem non impugnantur, n. 10.
2 Immissio ex quibus concedatur.
3 Bona in bonis probatur ex libro testatoris. Ex sententia in bonis fuisse probatur, n. 4. In bonis fuisse probatur ex possessione, in eodem loco, n. 5. Amplia ut n. 6. & 7. & n. 8.
9 Subrogatum loco fideicommissi efficitur fideicommissum.
11 Detractiones semel factæ amplius fieri nequeunt.
12 Fideicommissum per laudum non censetur præjudicatum, & n. 13.
14 Observantia declaratur laudum.
15 Clausula sublata non impedit quin cognoscatur de comprehensione fideicommissi in laudo, & n. 16.

IN bonis Bernardini, hodie decreta fuit immisio D. Laurentio Roberto, contra D. Principissam Dianam, Marci Antonii ab intestato heredem, ac bonorum, de quibus agitur, possessorem, quòd eadem, fideicommissum in sui favorem purificato, ostendit esse supposita ex tribus decisionibus hactenus editis in causa, nec non ipsorum à quacunque detractione immunium identitatem ex aliis decisionibus coram bon. mem. Merlino juxta laudabilem, & inveteratum hujus Sacri Tribunalis stylum pernecessè supponendis, + quoties non principaliter, sive in gradu appellationis, sed incidenter illarum iustitia in dubium revocetur, de quo attestatur Rota coram Buratt. dec. 596, numero 1, & 744, num. 3. & dec. 354, num. 3, in fin. & 8, p. 4, rec. & in Mediol. pensionis 27. Junii 1646, coram R. P. D. meo Bichio. His namque concurrentibus requisitis substituto conceditur + Immissio sive ex remedio l. ult. C. de edict. Div. Adr. toll. ut not. communiter DD. in l. peto. §. cum autem, Cod. ad S. C. Trebell. Peregr. de fideicommiss. art. 43. & 44, utrobique n. 1, & art. 48, n. 5, cum seqq. Rot. dec. 237, n. 1. part. 1. recent. & dec. 301, n. 6. part. 6. & in aliis relatis in Romana fideicommissi de Zuccaris 4 Februarii 1650, coram Reverendiss. D. meo Decano, sive ex altero Salviani, ut respondit Rot. coram Seraph. dec. 828. n. 1, & 2, & in Romana domus 23 Januarii 1630, coram Queippo, & in Roma

na fideicommissi 13 Januarii 1640, coram Reverendissimo D. meo Decano.

Concluditur autem identitas respectu Casalium S. Procula ( rubris duodecim duntaxat exceptis) ac Petre late nedum ex decisione bon. mem. Merlini edita 9. Decembris 1626. sed etiam bene defumitur ex eorundem corporum descriptione in antiquo Bernardini Codice legaliter, + & fideliter asservato, ac propria ejusdem manu conscripto, ut pluribus comprobatur Peregr. de fideic. art. 44, nu. 4. & dec. 2, n. 1. Fufar. de substit. quæst. 618, n. 9, etiam contra M. Antonium, ipsiusmet Bernardini hæredem, & authorem D. Principifæ, tum quia judicialis vigore productionis, + eadem corpora fideicommissio agnovit obnoxia, & approbavit c. cum olim de cens. c. venerabilis de except. l. Publica §. ult. ff. de positi, ibique communiter DD. Bald. in l. alias n. 3, C. de his quib. uti in dig. ubi conclusionem ampliatur etiam ille privatæ scripturæ præ se ferat, Dec. in cap. venerabilis, n. 27, in §. conclus. de except. & plures alii relati per Surd. conf. 15, n. 16. Tum quia in eisdem bonis tanquam fideicommissariis, Bernardini sententiam immisionis obtinuit, ut late probat Barbof. conf. 14, col. 3, & 4. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 44, n. 2. Fufar. de substit. quæst. 618, n. 29. Rot. in Reatina successione 6. Februarii 1643, in §. placuit in fin. coram R. P. D. meo Peutingero, quæ proinde in judicatum successivè transacta, per ipsos amplius impugnari non poterit ad text. in l. si servus plurium §. 1. ff. de leg. 1. ibique Bart. n. 2. Jaf. n. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 53, n. 33, & conf. 19, n. 13, lib. 1. Rot. dec. 78, n. 1, cum seq. p. 1. rec.

Cæterorum quoque corporum identitas, videlicet, Casamenti, è conspectu B. Mariæ in Porticu, Domus ad usum feni cum orto in Transiberina regione constitutæ Medietatis Scalæ, atque Turriculæ, ibi pariter consistentis, necnon Vineæ petiorum circum septem extra Portam Sancti Pancratii, unius Domus in Regione Arenulæ sitæ atque alterius consistentis in loco vulgo dicto Ghetto piccolo à Porta Leona cæteris cum suis membris propè scholam Hebræorum ædificatæ, ex præfati Codicis lectura convincitur, ibi enim eadem corpora uti propria Bernardini descripta, + deinde à Marco Antonio ipsius hærede possessa, inter cætera ejusdem bona hæreditaria justificantur esse relicta; Adeoque hæredi novum acquisitionis titulum non exhibenti, ex Bernardini successione, delata censentur, ut notant Bald. conf. 189, n. 4. in princip. lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 44, n. 22. Fufar. de substit. quæst. 618, n. 45. Tiraquell. de retract. confang. §. 22, gl. 1, n. 92, & 93. Rota in Bononien. fideicommissi de Desideriis 5. Martii, & 14. Junii 1637. coram bon. memor. Merlinio, & in Bononien. fideicommissi 18 Mart. 1647, coram R. P. D. meo Melitio, & in Bonon. bonorum 18. Martii 1652. coram Reverendiss. D. meo Decano. Dum id maxime corroboratur, sive ex locationibus + adminiculatis ac Bernardini quoque possessionem proinde justificantibus secundum Menoch. conf. 704, n. 7, & consil. 111, n. 24. Magon dec. Florent. 37, n. 5. Rota coram Gregor. dec. 318, n. 2, & 4, & dec. 573, n. 5, part. 2. rec. & in Auximana fideicommissi 13. Januarii 1644, coram Reverendiss. D. meo Decano, sive ex acquisitionum Instrumentis pro Laurentii parte productis, + quæ eadem corpora in bonis fideicommissentis pariter extitisse concludunt, Bald. conf. 89, n. 4, lib. 1. Peregr. de fideicommiss. art. 44, n. 4, & consil. 48, n. 6. Petr. eodem tract. de fideicommiss. quæst. 12, nu. 31, cum seqq. Mascard. de probat. conclus. 778, n. 9. Rot. dec. 360, n. 6, part. 5. rec. & in Ro-

3

4

5

6

7

mana fideicommissi de Spiritibus 22 Maii 1644. coram R. P. D. meo Bichio.

Ex ipso quoque Codice Granarium cum casamento constructum in loco vulgo Monte Magnanapoli. Bernardini fideicommissarij extitisse dignoscitur, ac etiam ex Instrumento acquisitionis in actis exhibitio, quod licet in computum legitime Antonij, appareat destinatum in laudo divisionis; ex hujus tamen dispositione Bernardini, fideicommissio adhuc remanet obnoxia, dum ultra ratam scutor. sex millium, sive in bonis, sive in pecunia detrahendam, alia quæcumque alienatio prohibetur dividendum, à quibus prætere censetur ex antecedentibus detractionibus successivis, pro parte Laurentii productis, facultatem alienandi pro eadem rata, fuisse consumptam. Hinc enim bene defumitur granarium prædictum Bernardini + fideicommissio extare subiectum, ad tradita per Bart. in l. Imperator §. ultim. ff. de legat. 2. Jaf. conf. 231, n. 1. lib. 2. Aldobrand. conf. 63, n. 14. Card. Mant. de conjectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 28, Rota coram bon. mem. Coccino dec. 432, n. 1. & 2.

Binos pariter census, alterum scut. 1000. à DD. de Incononatis impostum, alterum scut. 1200, à DD. de Maximis constitutum, nec non Loca viginti duo Monis Fidei ad as Bernardini pertinere convincitur; tum ex publicis impositionum instrumentis, tum ex patentibus literis præ se ferentibus, eadem provenire ex pretio Casalis Casæ Ferratellæ de pertinentiis olim Bernardini, + ac ipsius proinde fideicommissio comprobantibus esse subiecta tanquam ejusdem loco Casalis subrogata juxta text. in l. Imperator, §. ult. ff. de leg. 2. & in l. Imperator, ff. ad S. C. Trebell. Castr. conf. 326, n. 2, lib. 1. Alex. conf. 82, n. 10, lib. 1. Molin. de primogen. lib. 4, c. 19. Card. Mant. de conject. ult. vol. lib. 7, tit. 8, n. 22. Peregr. de fideic. art. 39, n. 12. Fufar. de substit. q. 627, n. 46. Rot. coram Urgellen. dec. 53, nu. 10. Prout etiam alius ex patentibus literis Loca sex cum dimidio Montis Novemalis competuisse Bernardino, uti coempta ex pretio domorum propè Ecclesiam Divi Blasii consistentium, ad ipsummet olim quoque spectantium, ex præfati Codicis lectura dignoscitur.

Quæ sanè corpora, à quacunque detractione gravatis hæredibus, fortasse competente, esse immunita concludunt decisiones bon. me. Merlini, editæ favore Marci Antonij, authoris D. Principifæ, quas iidem impugnare non poterunt, dum ille ipsarum virtute, immisionem obtinuit, ut constat ex dec. 47, & dec. 77, p. 5. recent. ac bonorum possessores ad fructus omnes à die contestatæ litis exactos condemnari sub die 21. Junii 1628. Necnon præfatū laudū divisionis à Cardinali Farnesio, inter Antonium, Horatium, & Curtiū fratres de Victoris Bernardini, ex Joanne Baptistæ nepotes editum, super omnibus ascendendum bonis, ac cæterorum familiæ de Victoris, Apostolicæ confirmationis robore per sanctæ memoriæ Gregorium XIII. successivè munitum, ex quo sanè colligitur detractiones unicuique pro legitima, seu alia de causa in præfatis bonis competentes, valorem scut. 6000, duntaxat æquasse, dum ibidem ad eā summam taxantur Antonio, deinde verò à R. P. D. Justo nostri tunc Tribunalis Auditore, in eā pariter summam Curtio alteri fratri fuit per sententiam assignata, & per consequens in simili summa decernendam esse Horatio respondit Rot. coram bon. mem. Merlinio sub die 10 Martii 1627. Quas prætere detractiones omnes, sive ratam scutorum 6000. earum occasione detractionum unicuique dividendum competentem, + assignatam

8

9

10

11

tam ex pluribus alienationibus honorum comprehensorum in laudo datis in Summario Laurentii n. 22, 23, & 24. constat fuisse consumptas, ita ut nihil ex eorum persona modo superstiti detrahendum, juxta ejusdemmet laudi præscriptum, imponentis præfatis fratribus silentium perpetuum, super quibusvis juribus, prætentionibus ad eorum quemlibet ex quacunque ratione, vel causa cogitata & incogitata spectantibus in bonis divisio, ut etiam ponderatum fuit coram bon. mem. Merlinio sub die 2. Junii 1627. impress. p. 5. dec. 77. n. 8.

Hinc verò in assignatis corporibus Laurentio, retardari non poterit immisio, ac si eadem ex arbitramentali laudo fuerint è vinculo fideicommissi, sicut ex adverso contenditur ex præfatis, + ipsius remissio ex arbitramentali divisione, quibuscumque licet munita clausulis, regulariter non arguitur; Quinimò in proposito casu excluditur ex eodemmet laudo, sive ipsius sequentia verba spectentur. Quod divisione supra dicta firma manente, in reliquis omnibus fideicommissa eorum Patris, Avi, & aliorum antenatorum, juxta eorum tenorem, in suis roboribus permaneant, ut advertit Rot. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 54. ff. de verbor. oblig. Odd. conf. 49, n. 16. Rol. conf. 51, n. 16. lib. 4. Paris. conf. 26, n. 53, lib. 2. Fufar. de substit. q. 593, n. 161. cum aliis relatis in Bononien. fideicommissi 28. Martii 1650. in §. tum etiam quia, coram R. P. D. meo Celso, non obstante clausula illa: In reliquis omnibus, quæ præcedentium licet exclusiva, non proinde remissionem fideicommissi in bonis assignatis valet inducere, dum ex proœmio laudi, omnia fratrum bona + fideicommissis quibuscumque supposita, ibidem probantur inclusa, & fideicommissio tunc dicerentur obnoxia, ab eoq; pariter exempta, sive facultas attributa antecederet Antonio disponenti liberè de bonis assignatis, quæ Curtio, atque Horatio, cæterisque fratribus delata non legitur in laudo, ac consequenter ex vi dispositionis, discretivæ ibidem denegata censetur, ad textum in l. unic. §. si autem, Cod. de caducit. tollen. & in l. si servus plurium, ff. de legat. primo, & not. utrobique DD. Rota coram Gregor. dec. 301, n. 12. ibique Add. n. 18, & dec. 372, n. 7, & coram Seraph. dec. 1448, n. 12. licet cum conditionibus supradictis, ipsis assignatio facta fuerit, restrictionem namque recipienti supradictæ conditionis solius respectu domus, & habitationis, ut eodem modo, ac forma censetur concessa, quemadmodum antecederet Antonio fuerat assignata. Sive denique ex observantia elicitatur, tum ex confessione Antonij, tum Marci Antonij, Petri Pauli, ac Joannis Baptistæ successorum in additione hæreditatis Curtii patris, connumerantium inter bona fideicommissaria Bernardini, quæ Curtio laudi occasione receperat. Tum etiam ex sententia successivè prolata, ac declarante alienationes à Curtio peractas, pro rata duntaxat scut. 6000. posse subsistere, cujus meminit dec. bon. m. Merlini edita favore Marci Antonij, inter cæteras impensas p. 5. rec. 77, n. 4. Talis quippe observantia + ad interpretationem laudi quatenus dubij, bene defertur, l. sed Julianus, §. proinde, ff. ad Macedon. l. quædam ff. de reb. dub. not. Hond. conf. 92, n. 30, lib. 1. Rot. dec. 53, n. 2, p. 1. divers. & in Barchinonen. Canonicius 22. Junii 1646, in §. sed quicquid sit, coram R. P. D. meo Celso, & in aliis relatis in alia Barchinonen. Canonicius 14. Decembris 1644, coram me, & remissionem fideicommissi per divisione ex adverso præsentam, consequenter excludit Fufar. de substit. q. 593, n. 48. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. n. 5, n. 62. Rota coram Buratt. dec. 89, n. 13, & in

12

13

14

Bononien. fideicommissi de Boateriis 8. Aprilis 1644 in §. tertio prædicta, coram Eminent. D. Card. Corrado.

Præfatam denique immisionem retardare non poterunt, clausula sublatæ, ac decretum irritans adjectum Brevi confirmatorio laudi; licet enim utriusque Judicibus adimat facultatem judicandi contra formam laudi, ac Brevis in corroboracionem ipsius successivè prolata, non tamen impedit, + quin de comprehensione fideicommissi in laudo cognoscant, ut respondit Rota coram Put. dec. 48, n. 6. lib. 1. & in Civitatis Castellii bonorum 17. Aprilis 1583, coram Robusterio, & coram Comitulo dec. 6, n. 5, & dec. 599, n. 9, p. 2. rec. ac bonorum immisionem fideicommissariis consequenter attribuant, cum non contra formam laudi, + sed id potius executionem, tunc judicasse censentur, respondit Rota coram Merlinio dec. 241, n. 1.

15

16

Et ita in omnibus corporibus descriptis in Codice, cæterisque supra deductis D. Laurentio decreta fuit immisio, excepto duntaxat Palatio, cujus immisionem particulari dubio discutendum DD. reservarunt, utraque, &c.

DECISIO LXXXII.

R. P. D. ALBERGATO.

Cesenaten. Bonorum.

Lunæ 28. Aprilis 1653.

SUMMARIUM.

- 1 Emptore ab hærede gravato se tuentur ex detractionibus adversus fideicommissarios, & n. 4. Fundatam habet intentionem in possessione, n. 9.
2 Legitima est tertia pars hæreditatis.
3 Decisiones supponuntur.
5 Femina à statuto exclusæ efficiunt masculum totius legitime creditorem, Exclusæ à successione excluduntur etiam à legitima, n. 6.
7 Alienata semel tantum in legitimam sunt imputanda: Cum defectu inventarii non præsumuntur æquare detractiones, quando sunt certæ, n. 8.
10 Fideicommissarius tenetur probare alienationes, æquare detractiones.

Steterunt Domini in decis. iterum respondentes pro confirmatione sententiæ Rotalis, quia ejus validitas amplius non impugnatur, iustitia verò ex decisionibus in altera instantia coram R. P. D. meo Peutingero, & in hac coram me, editis comprobata remanet; licet enim Prædicti controversum fideicommissio ab Amilchare ordinato, & ad favorem filiarum Cinthiæ purificato obnoxium fuerit; non est tamen actoribus danda immisio, quia Franciscus filius fideicommissentis, & hæres gravatus, illud in Lancettos alienando, censetur pro legitima & dote materna sibi competentibus prælegisse, adeo ut earum vigore \* adversus suæ possessionem tueri, Oldr. conf. 107, n. 8. Cephal. conf. 624, nu. 6. & aliis allegatis dixit Rota in Rom. fideic. de Incontris 7. Junii 1652. §. quo enim, coram me.

1

2

3

Esto quod illud sit valoris librarum 2303, quia nihil absorbetur à detractionibus ut supra debitis, cum enim Amilcharis hæreditas in stabilibus ad libras 4612. ascendentes firmetur, in decis. emanata 27 Martii coram R. P. D. meo Peuting. certa pars, quæ pro legitima filio debetur, juxta text. in §. 1. Inst. de triente, & semisse, lib. 1, §. 37, constituit, quod additis libris 800 auri, pro dote materna, juxta aliam decis. + coram eodem editam 10. Martii